



A. Leng. - MDCCLXXVI

sem. 1.

trad. d. 2. Jun. 1826

Jus G. Div. Francke

Quaedam de propria Graecae
artis indole ac natura.

Necessarium est ut si omnes quae apud Graecos veteres floruerunt artes cum iis, quibus nostra gaudeat aetas, artibus comparemus, per magna esse inter utrasque discrepantiam videatur. Quae ita quidem facti apte, ut mihi videtur, describi poterit, ut Graecam artem magis quippe publicam, nostram privatam magis esse dicamus. Artem vero si dicimus hoc uno verbo tria eius genera commemoramus: architecturam, statuariam, picturam, - congrederemur. quarum singulas quasque ordine contemplare, et quam apud Graecos unamqueque propriam speciem praebuerit, inquirere propositum nobis est.

Architecturae ea est a ceteris artium liberalium generibus differentia, quod non solum pulchritudo ab ea et mera quaedam animi oblectatio, sed usus etiam postulat. Utrumque quidem apud Graecos

manos posteriore imperii tempore, eorumque
exemplo apud omnes recentioris aetatis
populos, conjunctum; eaque ex tempore
in privatis etiam aedificiis artis apparatus
vestigia incipiebant. Neque negari potest,
antiquissima quaque Graecorum, quam
heraïcam vocamus aetate, quaedam ejus-
dem rei initia facta videri; siquidem
sunt verae illae quas de regum veterum
domiciliis poetae faciunt descriptiones.
Dicit enim, ut unum pro ceteris afferamus
exemplum, de domo Menelai Homerus:

Ἦν δὲ καὶ ἠελίοιο ἀγλαὰ τεύχεα καὶ οὐρανίου
ἀγλαὰ καὶ ὄψεσσι Μενελάου κροτάλι.
Odyss. lib. IV. v. 445.

Videatur autem, si rem diligentius inspicia-
mus, quidquid de vetustissima illa & heroi-
ca architectura praedicant poetae, la-
curiae magis ac magnificentiae, quam
pulchritudinis nomen merere. Quod tan-
tamen non sit aliter iudicandum nescio;
at hoc cerum sane & exploratum est, re-
bus publicis in Graecia conspiciendis, vitaeque
urbanae atque civili efflorescente priva-
torum hominum domicilia nullam neque
pulchritudinis, nec magnificentiae speciem

praestare; ita ut fieri posset, ut qui
Athens esset, nisi ad publica urbis loca
nisi ad Acropolim pervenisset, ignoraret
fere se illo oppido, quod clarissima conti-
neret clarissimorum architectorum opera
circumdari. Constat Themistoclem &
Aristidem viros tantis honoribus orna-
tos ac tam de republica meritos, humili-
simis in domibus habitasse, immo petulan-
tiam esse dictum, si quis vel majorem sibi
vel pulchriorem, quam ceteri domum extimeret.
Loquitur autem (ne quis aliter haec ac
dicta sint accipiat) ut in loca dispersa.
tione ita hoc etiam loco tantummodo de
his Graeciae, quae florentissima vulgo
dicuntur, temporibus, nec alias aliter
satis negamus. - Ea igitur, quae pul-
chritudini soli et formae studeat, arch. tot.
sa illa, de quo agitur, tempore non in pri-
vatis sed unice in publicis aedificiis qua-
rebatur; quorum longe praecipua erant
templa. Haec erant architecturae publicae
& praestantissimae & antiquissimae officii.
nae; neque enim usque ad Persicorum bel-
lum tempus alia fere aedificia publica inve-

eb) nantur. Templum propriæ Græciæ longe
celeberrimum fuit Delphicum, quod tamen
alia in Delo exstructa, et eidem Deo conf.
crata, aedes fortasse æquaverit. Ut tunc
autem sanum ab illo, quod in urbe Ephe-
sæ Asiaticæ Græci Dianæ exstruxerant, splendore
et pulchritudine superabatur. Sequebatur
clarissime hæc exempla innumerabilis tem-
plorum in omnibus et propriæ et Asia-
ticæ et Magnæ Græciæ oppidii multitu-
do quorum aliud cum alio de decoris pre-
lio dimicabat. Nec civitates in ulla fer-
re aede, quam in eo, elaborabant ut
templorum suorum famam gloriam quam
illusterrimam adipiscerentur, ex quo ur-
bium inter se certamine præclara illa
proderunt Græcæ artis opera, quorum
nos adhuc rudera admiramur. - Cetera
publicorum ædificiorum genera, quorum
præstantissima erant Theatra, porticus,
gymnasia, paulo posterioris, quam templum
originis fuisse videntur; quæ etiam
minore, quam illa, splendore cumulata
sunt, æque tamen ac templa immortalia
nobis Græcæ artis documenta ostendunt.

47
Igitur si morem illum, privatam a publica
architectura separandi ~~separandi~~, nec nisi
huic pulchritudinem tribuendi, diligenter
contemplamur, - Græci homines ut in
plurimis artium generibus ita & in hac
rectius rem, quam nos ac naturæ ipsæ
accommodatus tractare videantur oportet
Neque enim negari potest, in ædificiis
hominum usui destinatis, semper arti
obstare necessitatem. Est enim artis, for-
mam alicujus operis, in mente artificis
præformatam, ipso opere quam maxime
adæquare; quod studium, si ad fixam pervenire
velit ab omnibus usui vitæque quotidiana
enatis impedimentis remotum esse oportet.
Domicilium autem non usui modo ~~subiectum~~
sed ne ipsum quidem ejusmodi est ~~cupis~~,
ut supra diximus, in mente humana
talis quaedam, qualem æstheticam vocamus,
imago percipi solet. quippe cum sit vera
ars ab omni utilitatis desiderio aliena
nec ullum nisi quod in mera ingenii voluptate
positum sit, commodum quaerit. Quod
si quis, nostram illam de domiciliis sententiam

appugnaturus etiam templa quaedam esse ^{deorum}
Domicilia dicat. respondendum erit templa
propterea quod sunt deorum, neque hominum
domicilia. Dei vero iis quibus homines
rebus non egent, nullum libertati
impedimentum obicere.

Ceterorum duorum artis Graecae generum
praestantissimorum statuarum priorem
locum, picturae interiori habuisse videtur.
Quae etiam si haudquaquam negligenter
impar tamen erat, quae cum altera de pri-
cipata contenderet. Quod si artes illae
apud nos loca inter se mutaverunt, si
pictura nunc pluris plerumque aestimari
quam statuarum solet, non mirendum.

Etenim sic comparata videtur utriusque
artis natura, ut, ubicunque locorum
universae artes magis publicae sint, priores
habeat statuarum - ubi privatae, pictura.
Cujus rei causa in eo praecipue quaerenda
quod, quamvis utriusque artis opera publica
esse possint, tamen illi, quos statuarum pro-
fert, fructus jam propter suam naturam

magis sunt, quam qui e pictura percipiuntur,
idonei, qui communia statim fiant uni-
versi populi bona. Praestant enim ~~tabulae~~
statuarum tabulae non modo soliditate, sed co-
praesertim, quod quovis loco ad spectum pro-
poni publico possunt, tabulae autem ac-
des semper parietibusque desiderant.

Quod ad statuas pertinet, constat
illa, de qua loquimur, aetate nusquam
eas nisi in publicis locis in templis
foris, gymnasiis, theatris, esse inven-
tas; nec ulla, quae fuerit privati alicuius
viri, apud auctores veteres memorata.

Quorum cum tanta sit multitudo, mi-
rum sane videatur oportet, siquidem
revera apud veteres ejusmodi quaedam
statuas in singulis domibus collocandi
consuetudo fuisse, quod ne apud comi-
cos quidem et oratores, qui, ubicunque occa-
sio praebetur, de suae temporis moribus
filere non soleant, ullum illius rei ve-
stigium reperiat. Pheidias igitur et qui
eum sequebantur si pro privatis hominibus
eorumque insulae opera fecisse dicuntur,

id non eo sensu intelligendum, ut opera
illa singulari eorum, qui perfici ea vis-
sissent usui destinata fuisse putentur.
Certum enim habemus, ipsas praecipue
civitates earumque artifices talia edar-
tices mandata ferre soluisse, vel jam per-
fecta ab eis opera emisse quibus urbem
eisque aedificia publica decorarent.
Et sic quidem clarissimae clarissimorum
artificum opera, sic Jovem Olympium
Phidiae, sic Venerem Praxitelis, Cnidiam
nata fuisse constat. - Invabat hoc civi-
tatum ingeniorum stimulum studium
singulorum hominum. Tum religio tum
jactantis gloriaeque cupiditas. Etenim
quod ad religionem pertinet, qui est, qui
usum illum per omnes fere totius anti-
quitate populos pervulgatum, templis
eorum dona quam splendidissima consp-
candi, ignoret? Quorum major pars
semper erat eorum, quae ex artibus
proderant officinis. Unde factum ut
nunquam desperet, qui privatim quoque
artifices adirent opera eorum, non in sum-
ptu in eorum usum, emitti. Nec erat

49
nullus in quovis oppido locus ubi stat ac
tam splendida artis prodigia, quam in templis
invenirentur. - Honoris autem gloriaeque
cupiditas statuariam artem eo praecipue
adjuvabat propagabatque, quod illis, qui
in ludis Graecorum publicis palmanace
gerant, statuae poni solebant. Quod si
quanta fuerit ludorum ejusmodi, in Graecia
institutorum, copia, cogitamus, - quanto
que ad stat victores celebrandas opus esset
numero statuarum, - mirum esse non potest
tantam statuarum, quantum in Graecia
restrepuisse dicatur multitudinem, in pu-
blicum tantummodo usum & convenisse,
neque opus fore videtur, ut, si immeritam illam
copiam nobis, quemadmodum convenire potuisset,
explicitura finis, tamen concedendum esse
putemus, fuisse etiam in Graecia statuas
quas singuli domini possiderent. - Respicien-
tes proliis ad tres illas, de quibus supra lo-
cuti sumus, res, quae curam de re statu-
aria publicam sustulerunt, ad civitatum
statuas sibi quam pulcherrimas accipere
studium ad singulorum deis consecrandi
statuas consuetudinem, prostrata ad hunc
cujus modo mentionem fecimus, victoribus

publice statuas proponendi usum - illud,
quod jam commentationis luitis diximus
repetamus: quamque in Graecia statuan,
nemini fuisse, nisi universi populi, ho-
num. -

Pictura etiam si ad privatam magis u-
sum videatur accommodata, Periclitata
men tempore apud Graecos non minus
quam statuarum reipublicae erat. Sunt
enim auctores non pauci, qui de excellen-
tibus in templis porticibusque pictis ta-
bulis immortalibus ingenii clarissimorum
pictorum monumentis laquantur, neque
autem, qui ullius privatae cuiquam domo
propriae tabulae, quae memoria fuerit
digna mentionem faciat. Nec si quis
Athenis Palygnoti, Apellis et alius
cujusque celeberrimi pictoris opera det
visuras, in nobilissimorum optimis-
sumae civium domos, sed ad sacra-
torum et ad porticus oppidi maxime
populares se conferent. -

Pope igitur artem Graecorum aptimo
iure publicam nominari, eo, quod
usque adhuc argumentati sumus, jam

latis superque probatum esse videtur, su-
perest tamen, ut adjiciamus, eam ipsam
sententiam de merac tantum, artis fructi-
bus esse dictum; nec ullo modo negari fuisse
multas etiam in privatis domibus res et
ad singulorum usum destinatas, in quibus
artis aliquantum cum utilitate conjunctae
appareret. - Licet autem interrogare
num sit qui pulcherrimae illi Graecae
artis Graecique ingenii flori, quam no-
stra adhuc aetas merito admiratur, aliam
supponere velit causam, quam eam ipsam
illius populi artem suam tractandi atque
aestimandi rationem. Rectissima enim
illa et Graecorum exemplo satis probata
sententia ingeniarum artium fructus
non singulorum esse sed uniuscujusque hu-
manitate imbuti hominis oportere. Ac
merito quidem aequae fere ac sacrilegium pu-
tatur si quis ejusmodi quoddam commune
totius populi bonum ~~est~~ e publica in suam
trahere possessionem voluisset. - Quo na-
tur autem numerus erat eorum, qui operum
illorum sicut ipsos esse dominos confiderent,

51
eo majore opera ipsa pretio atque aesti-
matione gaudebant. Et haec quidem Graeci
cos artifices conscientia stimulabat, haec
ingeniis eorum vela quasi inflabat, haec
eos denique longe super nostrae aetatis
artifices efferbat. Nostri enim plerum-
que auro atque imperio singulorum
illi totius populi, cupis suis operibus
gloriam amplificabant honore ad opera
facienda impellebantur. — Probatum igitur
est etiam hac quaestione libertatem
esse optimam omnium artium ingeniarum
nutricem. —

